



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima sensibilis vel vegetabilis sit per creationem, uel traducantur
ex semine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

se simpliciter omni corpore: tamē est forma & per-
fectio corporis ex elementis cōpositi, cuius locus
ē circa mediū cū quo simul oportet eā hic creari.

AD XII. dicendum, q̄ prima perfectio animā at-
tenditur secundum esse suum naturale. Quā quidē
perfectio consistit in vnione eius ad corpus. Et iō
a principio debuit in loco corporis creari. vltima
autem perfectio eius est in hoc quōd communicat
cum substantijs alijs intellectualibus. Et illa perfe-
ctio dabitur ei in cōlo.

AD XIII. dicendum, q̄ animā quā modo crea-
tur, licet sint nouā creaturā secundum numerum,
tamen sunt antiquā secundum speciem suam: præ-
cesserunt enim in operibus 6. dierum in suo simili
secundum speciem, id est, in animabus primorum
parentum.

AD XIV. dicendum, q̄ opus creationis quo na-
turā principia insituitur, oportet præcedere opus
propagationis. Nō autē tale opus est aiarum creatio.

AD XV. dicendum est q̄ ad iustitiam pertinet red-
dere debitum. vnde contra iustitiam fit si inæqualia
inæqualibus dantur: quando de bita redduntur: non
autem quando gratis aliqua dantur: q̄ conuenit in
creatione animarum. Vel potest dici q̄ ista diuersi-
tas non procedit ex diuerso merito animarum, sed
ex diuersa dispositione corporum. vnde & Plato
dicebat quōd formæ infunduntur à Deo secundum
merita materiæ.

AD XVI. dicendum, q̄ licet aīa dependeat à corpo-
re quantum ad sui principium, ut in perfectione suę
naturæ incipiat, tamen quantum ad sui finem non
dependet à corpore: quia acquiritur sibi esse in cor-
pore ut rei subsistenti. vnde destructo corpore nihi-
lominus manet in suo esse: licet non in completio-
ne suæ naturæ quam habet in vnione ad corpus.

AD XVII. dicēdū, q̄ natura corporis nō aggrauat
aīam, sed ei⁹ corruptio: ut ex ipsa autoritate ostēdit.

ARTICVLVS XI.

Utrum anima sensibilis vel vegetabilis sit per creationem,
vel tradatur ex semine.

VNDECIMO queritur, vtrum anima sensibilis
sit per creationem, vel tradatur ex semine.

Et videtur q̄ sic, hac ratione. Eorum. n. quæ
sunt eiusdem rationis, est idem modus prodeundi
in esse: sed anima sensibilis, & uegetabilis in homine
est & in brutis & in plantis eiusdem speciei vel ratio-
nis: in homine autem sunt per creationem, cū sint
eiusdem substantiæ cum anima rationali, quæ est
per creationem, ut ostensum est. ergo etiam in bru-
tis & in plantis uegetabilis & sensibilis sunt per crea-
tionem. Sed dices q̄ anima sensibilis & uegetabilis
est in plantis, & brutis vt forma, & perfectio, in ho-
minibus autem ut dispositio.

¶ 2 Sed contra. quanto aliquid est nobilius, tanto
nobilitati modo exit in esse. Sed nobilius est esse for-
mam & perfectionem, quam esse dispositionem. si
ergo anima sensibilis, & uegetabilis in hominibus,
in quibus sunt, ut dispositiones, exeunt in esse per
creationem, qui est nobilissimus modus prodeundi
in esse, cum nobilissimæ creaturæ hoc modo esse
incipiant, videtur quōd multo magis in plantis,
& brutis sint productæ per creationem.

¶ 3 Præ. In 1. Phyl. dicit Philosophus, q̄ vere est id
est, substantia, nulli est accidens. si ergo anima sensi-
bilis, & uegetabilis sunt in brutis & in plantis ut for-
mæ substantiales, non possunt esse in homine ut di-
spositiones accidentales.

¶ 4 Præ. Ex virtute generantis producitur aliquid
in esse in rebus viuētibus p virtutē, q̄ est in semine:
sed in semine nō est anima sensibilis, vel uegetabilis
in actu. Cum ergo nihil agar nisi secundū quōd est
in actu, vī q̄ ex virtute feminis nō possit p̄duci aīa
sensibilis vel uegetabilis. Et ita nec p generationem,
sed p creationē. Sed dices q̄ virtus, q̄ est in semine, li-
cet nō sit anima sensibilis actu, agit tamē in virtute
aīæ sensibilis, q̄ erat in patre, a quo semen deceditur.

¶ 5 Sed contra, quōd agit in virtute alterius, agit ut
instrumentum illius: instrumentum autem nō mo-
uet nisi motum. Mouens autem & motum oportet
esse simul, vt probatur 7. Phyl. Cum ergo virtus quæ
est in semine, non sit cōiuncta animæ sensibili gene-
rantis, videtur quōd non possit agere vt instrumen-
tum eius, nec in virtute illius.

¶ 6 Præ. Instrumentū se habet ad principale agens,
sicut virtus mota & imperata ad virtutem motiuam
& imperatam, quæ est vis appetitiua & motiua. Sed
virtus mota imperata nō mouet si separatur a mo-
tiuā imperante, vt patet in partibus animalis decis.
ergo nec virtus, quæ est in semine decisio, potest o-
perari in virtute generantis.

¶ 7 Præ. Quando effectus deficit a perfectione cau-
sæ, non potest se extendere in propriam causę actio-
nem. diuersitati enim naturarū attestatur diuersitas
actionum. Sed virtus, quæ est in semine, etsi sit effe-
ctus animæ sensibilis generantis, tamen constat, q̄
deficit a perfectione ipsius. ergo nō potest in actio-
ne, quæ proprie competeret animę sensibili, scilicet
producere animam sibi similem in specie.

¶ 8 Præ. Ad corruptionem subiecti sequitur corru-
ptio formæ & virtutis, sed sperna in processu gna-
tionis corrūpitur, & aliā formā recipit, vt Aui. dicit
ergo virtus illa corrūpitur, quæ erat in semine. Non
ergo per eā potest produci anima sensibilis in esse.

¶ 9 Præ. Natura inferior nō agit nisi mediante calo-
re, & alijs qualitativis actiuis & passiuis, sed calor nō
pōt producere animam sensibilem in esse: quia nihil
agit ultra suam speciem. Nec potest esse factum no-
bilius faciente, ergo anima sensibilis vel uegetabilis
non potest educi in esse per aliquod agens natura-
le. Et ita est, a creatione.

¶ 10 Præ. Agens materiale non agit influendo, sed
materiam transmutando: sed per transmutationem
materie non puenitur ad nisi formam accidentalem.
ergo per agēs naturale nō pōt produci anima sen-
sibilis & uegetabilis, quæ sunt formæ substantiales.

¶ 11 Præ. Anima sensibilis vel uegetabilis habet quā-
dam quidditatē, quæ quidditas est ab alio facta. Hęc
autem quidditas non erat ante generationem nisi
quia materia poterat eam habere. ergo oportet, q̄
producat ab aliquo agente, quōd operetur non
ex materia. Et huiusmodi est solus Deus creans.

¶ 12 Præ. Animalia generata ex semine, sūt nobilio-
ra animalib⁹ ex putrefactione generatis: vt pote p̄fe-
ctiora, & sibi similia generatiua: sed in animalibus
ex putrefactione generatis animæ sunt a creatione.
Non enim est dare aliquod agens simile in specie, a
quo in esse producatur. ergo videtur multo fortius
quōd animæ animalium ex semine generatorū sint
a creatione. Sed dices quōd per virtutē cęlestis cor-
poris producitur anima sensibilis in animalibus ex
putrefactione generatis, sicut & in alijs per virtutē
formatiuam in semine.

¶ 13 Sed contra, sicut dicit Aug. in lib. de vera religio-
ne, substantia viuēs præeminet cuilibet substantiæ
non

In lib. 14. in
dialego. 10.
de legibus a
medio.

1. p. 118. ar.
11. 1. Et 1. dist.
18. q. 2. art. 1.
Et 2. cont. c.
86.

Art. 9. huius
quæst.

Lib. 1. com.
17. tom. 2.

Lib. com.
vlt. ut
102.

Lib. 8.
24. 2.

Op.
quæ
prim.

non uiuenti: sed corpus cœleste non est substantia uiuens, cum sit inanimatum. ergo eius uirtute produci non potest anima sensibilis, quæ est principium uitæ. Sed dices, quod corpus cœleste potest esse causa animæ sensibilis, prout agit in uirtute intellectualis substantiæ, quæ ipsum mouet.

¶ 14 Sed contra, Quod recipitur in alio, est in eo per modum recipientis, & non per modum sui. si ergo uirtus intellectualis substantiæ recipitur in corpore cœlesti non uiuenti, non erit ibi ut uirtus uitalis, quæ possit esse principium uitæ.

¶ 15 Præt. Substantia intellectualis non solū uiuit, sed etiam intelligit. si ergo per eius uirtutem corpus cœleste ab ea motum potest conferre uitam, patri ratione conferre poterit intellectum. Et ita anima rationalis erit à generante, quod est falsum.

¶ 16 Præt. Si anima sensibilis est ab aliquo agente naturali, & non per creationem, aut ergo producat à corpore, aut ab aia: sed nō à corpore, quia sic corpus ageret ultra suam speciem. nec iterum ab anima, quia uel oporteret totam aiam patris in filiū transfundi, & sic p̄r abiq; aia remaneret, uel quō ad partem eius, & sic in patre non remaneret tota anima: quorum utrumque est falsum ergo anima sensibilis non est agerente, sed à create.

¶ 17 Præt. Com. dicit in 3. de Anima, quod nulla uirtus cognoscitiua est ab actione elementorum cōmistorum: sed anima sensibilis est uirtus cognoscitiua. ergo non est ab actione elementorum. Et ita nec per actionem naturæ, cum nulla actio naturæ in istis inferiorib. sit absque actione elementorum.

¶ 18 Præt. Nulla forma potest esse mouens, q̄ non est subsistens. unde formæ elementorū s̄m Phil. in 8. Phys. non sunt mouentes, sed generans & remouens prohibens: sed aia sensibilis est mouens, cum omne aia à sua anima moueatur. ergo anima sensibilis non est forma t̄n, sed est substantia per se existens. Constat etiam quod non est ex materia & forma composita. Omnis aut talis substantia educitur in esse per creationem, & non aliter. ergo anima sensibilis educitur in esse per creationem.

¶ 19 Sed dices, quod anima sensibilis non mouet per se corpus, sed ipsum corpus animatum mouet seipsum. Contra Philosophus probat in 8. Physic. quod in quolibet mouente seipsum oportet unam partem esse quæ sit mouens t̄n, & alteram, quæ sit mota: sed corpus non potest esse mouens t̄n, quia nullum corpus mouet nisi motum. ergo oportet quod aia sit mouens t̄n, & ita sensibilis aia habet operationē, in qua nō cōicat sibi corpus. Et sic aia sensibilis erit substantia subsistens. Sed dices, quod aia sensibilis mouet secundū imperium appetitiuæ uirtutis, cuius actus cōmuniter est animæ & corporis.

¶ 20 Sed contra. In animali non solum mouet uis, quæ imperat motum, sed etiā est ibi uis exequens motū: cuius operatio nō poterit esse animæ & corpori cōis, rationib. prædictis. Et sic oportet, quod anima sensibilis aliquā operationē p se habeat. ergo est substantia per se subsistens. Et ita p creationem educitur in esse, & non p generationē naturalem.

SEDCONTRA est, quod dicitur Gen. 1. Produca aqua reptile animæ uiuentis. Et ita uidetur, quod anima sensibilis reptilibus & aliorum animalium sint ex actione corporalium elementorum.

¶ 21 Præt. Sicut se habet corpus patris ad eius aiam, ita & corp⁹ filij ad eius aiam. ergo commutatim sicut se habet corpus filij ad corpus patris, ita & aia filij ad aiam patris: sed corpus filij traducitur a corpore patris. ergo aia filij traducitur ab aia patris.

A RESPON. Dicendum, quod circa productionem formarum substantialium, Philosophorum opiniones diuersificantur. nāque dixerunt, quod agens naturale solummodo disponit materiam. forma autē, quæ est ultima perfectio, prouenit a principiis supernaturalibus. Quæ quidē opinio ex duob. præcipue ostenditur esse falsa. Primo quidē ex hoc, quod cum esse formarum naturalium & corporalium non consistat nisi in unione ad materiam, eiusdē agentis esse uel eas producere, cuius est materiam transmutare. Secundo, quia cum huiusmodi formæ non excedant uirtutem & ordinem & facultatem principiorum agentium in natura, nulla uel necessitas, eorum originem in principia reducere altiora. unde Phil. dicit in 7. Meta. quod caro & os generatur a forma, quæ est in his carnib. & in his ossibus. Secundum cuius sententiam non solū agens naturale disponit materiam, sed educit formam in actum: e conuerso primæ opinioni. Ab hac aut generalitate formarum, oportet excludere animam rationalem. Ipsa enim est substantia per se subsistens, unde esse suum non consistit tantū in hoc, quod est materia uniri, alias separari nō possit: quod falsum esse etiam eius operatio ostendit, quæ est animæ s̄m seipsum absque corporis cōiunc. Nec potest aliter operari quæ sit. Quod enim per se nō est, per se nō operatur. Et iterum, intellectualis natura eorum ordinem & facultatem excedit materialium, & corporalium principiorum, cum intellectus intelligendo oēm corporalem naturā transcendere possit, quod non esset, si eius natura infra limites corporalis naturæ contineretur. Neutrum aut horum de anima sensibili uel uegetabili dici potest. Esse aut huiusmodi aiarum, non potest consistere nisi in unione ad corpus: quod eorum operationes ostendunt, que sine organo corporali esse non possunt: unde nec esse earū est eis absolute sine dependentia ad corpus. Propter quod nec a corpore separari possunt: nec iterum in esse produci, nisi quatenus producat corpus in esse. unde sicut producit corpus per actum naturæ generantis, ita & anima prædictæ: Ponere aut eas seorsum per creationem fieri, uel redire in opinionē eorū, qui ponebant huiusmodi aias post corpora remanere, cum utrumq; simul in li. de Eccl. dogmatib. condemnetur. Huiusmodi et animæ ordinē principiorum naturalium nō excedunt. Et hoc patet, earum operationes considerantibus. Nam s̄m ordinem naturarum, sunt etiam ordines actionum. Inuenimus autē quasdam formas, quæ se ulterius nō extēdūt quā ad id quod per principia materialia fieri potest: sicut formæ elementares & mistorum corporum, quæ non agunt ultra actionē calidi & frigidi. unde sunt penitus materie immerse. Anima uero uegetabilis, licet non agat nisi mediantibus qualitatib. prædictis, attingit t̄n operatio eius ad aliquid, in quod qualitates prædictæ se nō extendunt: uidelicet ad producendum carnem & os, & ad præfigendum terminum augmento, & ad huiusmodi. unde & adhuc derinetur infra ordinem materialium principiorum, licet non quantum formæ præmissæ. Anima uero sensibilis non agit per uirtutem calidi & frigidi de necessitate, ut patet in actione uisus, & imaginationis, & huiusmodi: quamuis ad huiusmodi operationes requiratur determinatum temperamētum calidi & frigidi ad constitutionem organorum, sine quibus actiones prædictæ non fiunt. unde non totaliter transcendit ordinem materialium principiorum.

B

C

D

E

Lib. 7. com. 28. to. 3.

Lib. 8. com. 28. & 30. 1. 2.

Quæst. dist. S. Thomæ. D quam.

quamuis ad ea non tñ deprimat, quantum for
mæ prædictæ. Anima uero rōnalis etiā agit actio-
nem, ad quam uirtus calidi, & frigidi non se extē-
dit, nec eā exercet per uirtutē calidi & frigidi. Nec
organo ēē corporali: unde ipsa sola transcendit
ordinem naturalium principiorum, non autem
anima sensibilis in brutis, uel uegetabilis in plātis.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ licet anima sen-
sibilis in hominib. & brutis sit eiusdem rōnis s̄m
genus: a non tñ est eiusdem rationis s̄m speciem;
sicut nec idem animal specie est homo, & brutū.
vnde & operationes animæ sensibilis sunt multo
nobiliores in homine quā in brutis, ut patet in
tactu & in apprehensibus interioribus. Nec oportet
eorum quæ sunt in genere s̄ specie differant,
esse unum modum procedendi in esse, ut patet p̄
animalia generata ex semine, & ex putrefactione,
quæ in genere conueniunt, & specie differunt.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ in homine nō d̄r
anima sensibilis, ut dispositio, quasi sit aliud in
substantia ab aīa rōnali & sit dispositio ad ipsam,
sed quia non distinguitur sensibile a rōnali in
hoīe, nisi sicut potentia a potētia. Anima uero sen-
sibilis in bruto distinguitur ab anima rōnali hoīs,
sicut una forma substantialis ab alia. Et tñ sicut po-
tentia sensibilis in homine & uegetabilis fluunt
ab essentia animæ, ita & in brutis & in plantis. Sed
in hoc differunt, quia in plantis non fluunt ab es-
sentia animæ nisi potentia uegetabiles, & ideo ab
eis anima denominatur: in brutis uero non solū
uegetabiles, sed etiam sensibiles, a quibus denomi-
nantur eorum anima: in homine uero præter has
etiam intellectuales, a quibus denominatur.

AD TERTIUM dicendum, q̄ substantia, a qua potē-
tia sensibilis fluit in brutis q̄ in hoīs. est forma
substantialis: potentia uero utrobisq; est accidens.

AD QUARTUM dicendum, q̄ anima sensibilis nō
est actu in semine secundum propriam speciem,
sed sicut in uirtute actiua: sicut domus in actu est
in mente artificis, ut in uirtute actiua: & sicut for-
mæ corporales sunt in uirtutibus celestibus.

AD QUINTUM dicendum, q̄ instrumentum in-
telligitur moueri a principali agente, quamdiu re-
tinet uirtutem a principali agente impressam: unde
sagitta tamdiu mouetur a proiciente, quam-
diu manet uis impulsus proicientis. Sicut etiam
generatum tamdiu mouetur a generante in gra-
uibus & leuibus, quamdiu retinet formā sibi tra-
ditam a generante. vnde & semen tamdiu intelli-
gitur moueri ab anima generantis, quamdiu remanet
ibi uirtus impressa ab anima, licet corporaliter
sit diuisum. Oportet autē mouens & motū esse si-
mul quantum ad motus principium, non tñ quan-
tum ad totum motum, ut apparet in proiectis.

AD SEXTUM dicendum, q̄ vis appetitiua animæ
non habet imperium nisi super corpus unitum.
vnde pars decisa non obedit animæ appetitiuæ ad
uotum. Sed semen non mouetur ab anima gene-
rantis per imperium, sed per cuiusdam uirtutis
transfusionem, quæ in semine manet etiam post-
quam fuerit decisa.

AD SEPTIMUM dicendum, q̄ anima sensibilis
& uegetabilis de potentia materiæ educuntur, si-
cut & formæ aliæ materiales, ad quarum produ-
ctionem requiritur uirtus materiæ transmutans.
uirtus autem, quæ est in semine, licet deficiat ab al-
ijs actionibus animæ, hanc tamen habet. Sicut n.
per animam materia transmutatur, ut cōuertatur
in totum in actione nutrimenti, ita & per uirtutē

prædictam transmutatur materia: ut generetur cō-
ceptum. unde nihil prohibet quin uirtus prædicta
operetur quantum ad hoc ad actionem animæ
sensibilis in uirtute ipsius.

AD OCTAVUM dicendum, q̄ uirtus prædicta ra-
dicatur in spiritu, qui in semine includitur, sicut
in subiecto. Ferè autem totū semen, ut dicit Au-
cenna in spiritum conuertitur. Vnde, licet corpo-
lenta materia, ex qua conceptum formatur, mul-
toties per generationem transmutetur, non tamē
uirtutis prædictæ subiectum destruitur.

AD NONUM dicendum, q̄ sicut calor agit, ut in-
strumentum formæ substantialis ignis, ita nihil
prohibet quin agat ut instrumentum animæ sen-
sibilis ad educendum animam sensibilem in actu,
non quod propria uirtute hoc possit.

AD DECIMUM dicendum, quod materia transmu-
tatur non tantum transmutatione accidentalī, sed
etiam substantiali. utraque enim forma in materiæ
potentia præexistit. vnde agens naturale, quod ma-
teriam transmutat, nō solum est causa formæ ac-
cidentalī, sed etiam substantialis.

AD XI. dicendum, quod anima sensibilis, cum
non sit res subsistens, non est quidditas, sicut nec
aliæ formæ materiales, sed est pars quidditatis, &
esse suum est in concrectione ad materiam. unde
nihil aliud est animæ sensibilem produci, quā
materiam de potentia in actum transmutari.

AD XII. dicendum, quod quanto aliquid est im-
perfectius, tanto ad eius constitutionem pauco-
ra requiruntur. Vnde, cum animalia ex putrefac-
tione generata, sint imperfectiora animalib. quæ
ex semine generantur, in animalibus ex putrefac-
tione generatis sufficit sola uirtus celestis corpo-
ris, quæ etiam in semine operatur, licet non suffi-
ciat sine uirtute animæ ad producendum anima-
lia ex semine generata: uirtus enim celestis corpo-
ris in inferioribus corporibus relinquitur, in qua-
tuor ab eo transmutantur, sicut a primo alteran-
te. Et propter hoc dicit Philosophus in libro de
animalibus, quod omnia corpora inferiora sunt
plena uirtutibus animæ. Cælum autem, licet non
sit simile in specie cum huiusmodi animalibus ex
putrefactione generatis, est tamen similitudo
quantum ad hoc, quod effectus in causa actiua uir-
tualiter præexistit.

AD XIII. dicendum, quod corpus celeste est nō
struunt, agit tamen in uirtute substantiæ uiuentis,
a qua mouetur, siue sit Angelus, siue sit Deus.
Secundum Philosophos tamen, ponitur corpus
celestē animatum & uiuum.

AD XIV. dicendum, quod uirtus substantiæ
spiritualis mouētis relinquitur in corpore celesti,
& motu eius, non sicut forma habens esse com-
pletum in natura, sed per modum intentionis: si-
cut uirtus artis est in instrumento artificis.

AD XV. dicendum est, quod anima rationalis,
ut dictum est, excedit totum ordinem corpora-
lium principiorum. unde nullum corpus potest
agere etiam ut instrumentum ad eius productio-
nem.

AD XVI. dicendum, quod anima sensibilis pro-
ducitur in concepto non per actionem corporis,
nec per decisionem animæ, sed per actionem uir-
tutis formatiue, quæ est in semine ab anima gene-
rante, ut dictum est.

AD XVII. dicendum, q̄ uirtus cognoscitiua negat eē
ab actiōe elemētōri, quasi elemētōri uirtutes ad
eā causandā sufficiat, sicut sufficiūt ad causandam
duritiem

duritiem, & mollietē. Non autem negatur, quin instrumentally aliquo modo cooperari possit.

AD XVII. dicendū, q̄ anima sensibilis mouet p̄ appetitum. Actio vero appetitus sensibilis non est animæ tantum, sed compositi. unde talis vis habet determinatum organum. vnde non oportet ponere, q̄ anima sensibilis aliquam operationem habeat absque corporis communione.

AD XIX. dicendum, q̄ corpus potest mouere, quasi non motū illa specie motus qua mouet, licet nō possit mouere nisi aliquo modo motū. Corp⁹ enim celi alterat nō alteratum, sed localiter motū. Et similiter organū uirtutis appetitiuæ mouet localiter, non localiter motū, sed aliquo modo alteratū. Operatio enim appetitiuæ sensibilis sine corporali alteratione nō contingit, sicut patet in ira, & in huiusmodi passionibus.

AD XX. dicendum, q̄ vis motiua exequens motū est magis dispositio mobilis qua natum est moueri a tali motore, quam sit per se mouens.

ARTICVLVS XII.

Vtrum anima sensibilis uel vegetabilis sit in semine a principio quando deciditur.

DE DECIMO queritur vtrum anima sensibilis uel vegetabilis sit in semine a principio quando deciditur. Et uidetur q̄ sic: quia vt Grego. Nisse nus dicit, vtriusque opinionis assertio vituperatione non caret, & eorum qui prius viuere animas in suo quodam statu atque ordine fabulantur, & eorū qui eas post corpora creas exstimant: sed si anima in semine non fuit in sui principio, oportet eam fieri post corpus. ergo aia a principio fuit, i semine.

¶ 2 Præt. Si anima sensibilis a principio nō fuit in semine sicut nec rationalis: eadē ratio erit de sensibili & rationali, sed anima rationalis est a creatione. ergo & anima sensibilis est a creatione: cuius contrarium est ostensum.

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 16. de animalibus, q̄ virtus, q̄ est in semine est, sicut filius de domo patris egrediens. Sed filius est eiusdē speciei cum patre. ergo & illa virtus, quæ est in semine, est eiusdem speciei cum anima sensibili a qua deriuatur.

¶ 4 Præt. Philosophus dicit in 16. de animalibus, q̄ virtus illa est sicut ars, quæ si in materia esset ad p̄fectionem artificiatū operaretur. Sed in arte est species artificiatū. ergo & in illa virtute feminis, est species animæ sensibilis: quæ per semen producitur.

¶ 5 Præt. Decisio feminis est naturalis, decisio vero animalis anulosi est contranaturā, sed in parte animalis anulosi decisio est anima, vt Philosophus dicit, ergo multo magis est in semine decisio.

¶ 6 Præt. Philoso. dicit in 16. de animalibus, q̄ mas in generatione animalis dat animam. Sed nihil est egrediens a patre nisi semen. ergo aia est in semine.

¶ 7 Præt. Accidens non transfunditur nisi per transfusionē subiecti. Sed aliqua: aegritudines transfunduntur a parentibus in filios, sicut lepra, & podagra, & huiusmodi. ergo & eorum substantia transfunditur. Hęc autem non sunt sine anima. ergo anima est a principio in semine.

¶ 8 Præt. Hippocrates dicit quod per decisionē venę quæ est iuxta aures, generatio impeditur. Hoc autē non esset, nisi semen decideretur a toto corpore, quasi actū per prius existens. ergo cū id qd̄ est actū

A pars animalis, habeat animam, videtur quod semen a principio habeat animam.

¶ 9 Præt. Idem dicit quod equus quidam propter nimium coitum inuentus est sine cerebro. Hoc autem non esset, nisi semen decideretur ab eo: quod est actū pars. ergo idē in quod prius.

¶ 10 Præt. Quod est superfluum, non est de substantia rei. Si ergo semē sit superfluum non erit de substantia generantis. Et ita filius, qui est ex semine, nō erit de substantia patris: qd̄ est inconueniens. ergo semē est de substantia generantis. Et ita est ibi anima in actu.

¶ 11 Præt. Omne quod caret aia, est inanimatū. Si ergo semē caret aia, erit inanimatū, & sic corpus inanimatū transmutabitur & fiet animatū: qd̄ vt inconueniens. ergo anima est a principio in semine.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit in lib. de animalibus, quod semen & fructus est in tali potentia ad animam, quæ est abiciens animam.

¶ 2 Præt. Si semen a principio habet animam, hoc non videtur esse possibile nisi duobus modis: vel quod tota anima generantis in semen transeat: vel quod pars eius. Vtrumque autē horum videtur esse inconueniens, quia ex primo sequitur quod non remaneat anima in patre: ex secundo autem sequitur quod non remaneat ibi tota. ergo anima nō est in semine a principio.

RESPON. dicendum, q̄ opinio quorundam fuit, quod anima a principio decisionis esset in semine, volentes quod sicut corpus diuideretur a corpore, ita simul anima p̄pagaretur ab anima: vt statim cū corporis particula esset etiam ibi anima. Hęc autē opinio non videtur esse vera: quia fm̄ quod Philosophus probat in 15. de animalibus, semen nō deciditur ab eo, quod fuit actū pars, sed fuit superfluum vltimæ digestionis, quod nondum erat vltima assimilatione assimilatū. Nulla autē corporis pars est actū per animā perfectā, nisi sit vltima assimilatione assimilata. vnde semen ante decisionem, nondū erat perfectū p̄ animā, ita quod anima esset forma eius: erat tamen ibi aliqua virtus, fm̄ quam iam per actionem animæ erat alteratum & deductum ad dispositionem propinquam vltimæ assimilationis: vnde & postquam decisum est non est ibi anima, sed aliqua virtus animæ. Et propter hoc in 16. de animalibus Philosophus dicit, quod in semine est virtus principij animæ. Et præterea si anima esset in semine a principio, aut esset ibi habens actū speciem animæ: aut non, sed ut quædam virtus, quæ conuerteretur postmodum in animā. Primum esse non potest: quia, cū anima sit actus corporis organici, ante qualemcumque organizationē, corpus susceptiuū animæ esse non potest. Et etiam sic sequitur, quod totum id, quod agit in feminibus, non est nisi quædam dispositio materiæ. & per consequens nō esset generatio: cū generatio nō sequatur, sed præcedat formam substantialem. Nisi forte dicatur, quod corpus sit alia forma substantialis præter animam: ex quo sequitur, q̄ anima non substantialiter corpori vniretur, vt pote adueniens corpori, postquam est iā per aliam formā hoc aliquid cōstitutū. Sequeretur vterius, q̄ generatio viuētis non esset generatio, sed decisio quædā: sicut pars ligni separatur a ligno, vt fit actū lignum. Secunda pars diuisionis prædictæ esse non potest: quia secundum hoc sequeretur, quod forma substantialis non subito, sed successiue in materia pueniret. Et sic in substantia esset motus, sicut in quantitate & qualitate, quod est cōtra Philosophum.

Quæst. dist. S. Thomæ. D 2 lofo-

Lib. 1. de anima tex. 10. tom. 1.

Lib. 1. de gener. anima cap. 18. Et 19.

s. de gener. animalium cap. 3.

n locis finis addit. In li. de creatione hominis c. 6. pau. lo a princip.

Art. præced. & art. 9. 2. de gener. anima li. 1. cap. 4.

s. de gener. animalium ca. 4. non multum ante mediū 25. 20. to. 3.

s. de gener. animalium cap. 4.